



APPENDIX
 SYNOPSIS HISTORICÆ
 VIRO RUM CLARORUM,
 Qui præter Gratianum Canones & Decreta Ecclesiastica
 collegerunt & digesserunt.

E GRÆCIS.

SABINUS Heraclæ Thraciæ Macedonianus Episcopus, cujus Socrates meminit *lib. 1. Hist. Eccles. cap. 5. & lib. 2. cap. 11.*

Constantinus, cognomento ἀπὸ σχολαστικῶν, Patriarcha Constantinopolitanus, Justiniani Imperatoris temporibus, collectos Apostolorum & Synodorum Canones in capita 50. Turrian. 706. 1006.

Alexius Aristenus.

Photius, Patriarcha Constantinopolitanus, sub Michaële, Theophili filio. Zonar. *tom. 3. num. 130. & seq. edit. Tiliæ Paris. Agilæi Basil.*

Theodorus Balsamon, Diaconus magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Chartophylax primus Blachernorum, post Antiochenus Patriarcha. Nicetas *lib. 11. de Isuaco Angelo, pag. 201.*

Joannes Scholasticus, Patriarcha Constantinopolitanus.

Joannes Zonaras.

Matthæus Blastares, Monachus, cujus est Syntagma sacrorum Canonum, *lib. VI. exemplar est in Bibliotheca Regiæ Gall. Matris, in fol. n. 2. 4. & 24. & in 4. n. 2. 3.*

Constantinus Harmenopolus, Judex Thessalonicensis.

Arfenius Monachus, Constantinopolitanus Patriarcha factus sub Theodoro Lascare Juniore.

Sophronius, Patriarcha Hierosolymitanus, cujus est Collectio ex Synodis in Bibliotheca Regiæ Matris, *in 4.*

Pfellus, cujus est Synopsis Nomocanonis verbis politicis: præfixa latine *tom. 1. Concil. Ibidem Conciliorum volumen in fol. n. 3. 20. & in 4. n. 66. Δόγματα καὶ Ἐπιστολὴ Π. Π. Cedren. 373. Κανόνες τῶν ἁγίων συνόδων καὶ ἐνία τῶν πρακτικῶν αὐτῶν, in Bibliotheca Regiæ Matris, πρακτικά τῆς ἐν Ἡερσίδε συνόδου καὶ περὶ τῶν ἄλλων συνόδων. ibid.*

De Decretalibus Epistolis Pontificum. Eusebius *lib. 3. Hist. cap. 12. Epiphan. hæres. 30.*

E LATINIS.

Incertus quidam, cujus prisca illa Canonum Græcorum translatio fuit, quam Dionysius Exiguus confusionis arguit.

Fulgentius Ferrandus, Carthaginensis Ecclesiæ Diaconus, cujus Gratianus meminit *dist. 63.* vixit circa tempora Anastasii Imperatoris. Titulus libri est in veteri exemplari, *Breviatio Canonum*, edita an. 1609. ex Bibliotheca insignis Ecclesiæ Trecentis post veterem codicem Canonum Ecclesiæ Romanæ.

Dionysius Scythia, Monachus, qui & Abba & Exiguus dicitur, sub Justiniano Imperatore Stephani, Salonitani Episcopi, hortatu prisce translationis confusionem offensus, Canones qui dicuntur Apostolorum, Regulas etiam Nicænae Synodi, omniumque deinceps Conciliorum, sive quæ ante eam, sive quæ postea factæ sunt usque ad Constantinopolitanum: & Pontificum sub ordine numerorum à primo capitulo usque ad CLXV. sicut in Græca auctoritate habebatur, digessit & interpretatus est: quibus etiam Chalcedonenis Concilii decreta subiecit, quem Græcorum Canonum finem esse ait: & ne quid deesse videretur, addidit quoque Sardicenis Concilii atque Africani statuta, quæ latine edita erant. Vide Cassiodorum *lib. Divinar. Institut. cap. 23.* & Dionysii Præfationem.

Incertus, cujus Collectionis exemplaria duo sunt in Bibliotheca Ecclesiæ Bellocensis. Tertium habuit Franciscus Pithæus Parisin. hoc titulo: *Continet codex iste Canones Ecclesiasticos & Constituta Sedis Apostolicæ*: incipit autem à Canonibus Nicæni Concilii, quibus admitta sunt quedam Sardicenis Synodi capitula cum præfatione & expositione fidei. Sequuntur Canones Carthaginensis Synodi, Anquiritanæ, Cæsariensis, Gangrensis & aliarum plurium, insertis Pontificum Romanorum Epistolis à temporibus Innocentii ad St. Leonem, cujus . . . Epistola 98. ad Porum, Beneventanum Episcopum, eam Collectionem claudit: quæ non iisdem omnino interpretationibus Græcorum Canonum, quibus illa superior, quæ Canonum Corpus dicta; sed magis Dionysii Exigui, nec tamen semper usa est.

Incertus, cujus est illa Collectio, quæ *Nucleus Canonum* à quibusdam, & *Corpus Canonum* appellatur à Nicolao I. & Leone IV. *can. si Romanorum. dist. 19. & can. de libellis. dist. 20. & cap. 2. de præsent. extr.* Ea continet Conciliorum Canones eosdem omnino, quos habet Græcorum Nomocanon, sive Collectio illa Lutetiæ edita anno 1540. præterquam quod Græci suæ inseruerunt Synodum Carthaginensem, cui Beatissimus Cyprianus interfuit, quam Latinorum Corpus non admisit; sed habet præterea Romanorum Pontificum Epistolas quasdam à Siricio ad Gregorium juniorem. Est Dionysii Exigui.

Quarum omnium loco Græci Archiepiscoporum
Σύνταξις ἀποστολική five Patriarchica itemque Encyclias
 Epistolas & responsa, sententiasque posuerunt. Videatur
 Canon 2. Synodi Constantinopolitanae sexta, vel potius
 πρῶτη script. circa annum Christi D. CC. VII.
 tom. 2. Concil. pag. 1038. Editum est Corpus illud Canoni-
 cum à Joanne Wendelstino, Moguntia anno M. D. XXV.
 fatis emendatè ex veteribus codicibus, nisi quòd in Afri-
 cano Concilio quædam transposita sunt. In Indice, qui
 præfixus est collectioni Burchardi Carnot. ex ipso
 Nucleo Canonum, quæ à quibusdam Corpus Canonum vo-
 catur. Missum exemplar ab Hadriano Papa ad Carolum
 Magnum, Regem Francorum, testatur Acrostichis ver-
 suum quorundam politicorum, qui in veteribus Codici-
 bus præfixi sunt hoc tenore, *Domino excell. filio Carolo
 Magno Rege Hadriano Papa.* Cæterum posteriorem esse
 illam Collectionem Dionysianam illud argumento est, quòd
 Canones, qui Apostolici dicuntur, L. ex ejusdem Dio-
 nysii interpretatione habet; reliquorum alia translatio
 est.

Cresconius five Crifconius ad Liberinum five Liberium
 Pontificem eà Collectione, cui in veteri exemplari titulus
 est, *Concordia libri Canonum*: in qua & illo Corpore
 Canonum usus videtur usque ad tempora Gelasii.

Martinus Gallicienis, Bracarenis Episcopus, Capitula
 ex Orientalibus Synodis collegit, quæ in Synodo Braca-
 rensi II. probata sunt. Citantur à Gratiano his titulis ex
 Synodo Martini Papæ, ex Concilio Martini Papæ, ex Syno-
 dico Est & aliud Concilium Martini II. Papæ,
 Romæ habitum, contra Monothelitas, anno 662. cujus
 meminit Beda lib. 4. *Histor. Angl. cap. 17.* citantur in
 ordine celebrandi Concilii apud Ivonem Carnotensem,
 cap. 4. c. 246. & apud Burchardum in fine ex Synodo
 Salegonstadiensi, aut potius ex Concilio Toletano IV.
 Vide Ambrosium Moral. lib. XI. *Histor. Hispan. cap. 4.
 fol. 6. vers. & lib. XII. cap. 24. fol. 127. Greg. Turon.
 lib. 5. Hist. cap. 257. & de Virtutibus sancti Martini
 cap. 11. Item vid. Toletanum Concilium X. tom. 2. Con-
 cil. pag. 877.* edita sunt tom. 2. *Conc. à pag. 749.*

Hadrianus PP. Ingelranno, Mediomaticum Episcopo,
 negotii ejusdem causâ Romam profecto, Capitula quæ-
 dam dederat ex Græcis Latinisque Canonibus collecta,
 quæ edita sunt tom. 3. *Conc. pag. 252.* Ea verò Hincmar-
 us illo cap. 24. non omnino recipit ut authentica.

Isidorus Mercator, cujus librum collectarum Epistola-
 rum five Collectarium de canonibus, de Hispania alla-
 tum, Riculphus, Moguntinus Archiepiscopus, circa an-
 num 830. sub Carolo Magno & Ludovico in hujusmodi,
 sicut & in Capitulis Regum studiosus obtinuit, & Gal-
 liæ Germanicæque regiones de illo repleti fecit, ut Hinc-
 marus, Remensis Archiepiscopus, scribit in libro contra
 Hincmarum Laudunensem, cap. 24. ubi non plenam fi-
 dem ei Collectioni tribuere videtur. Sed nec Epistolæ
 Damasi nomine præfixæ: quod quidem aliud Hincmari
 iudicium ex ejus libro de variis Capitulis Ecclesiasticis
 præfert lib. 5. *de Canonib. Apost. cap. 23.* Sigebert. in libro
 de *Scriptorib. Ecclesiast.* Isidoro Juniori, Hispalensi Episco-
 po, tribuit librum Ecclesiasticorum dogmatum & de Ec-
 clesiasticis officiis ad Fulgentium, qui videntur diversi ab
 ea Canonum collectione: & verò Braulo ipse Cæsar Au-
 gustanus Episcopus, inter Isidori Hispalensis scripta, quæ
 ipse elogio ad ejus librum de Illustribus Scriptoribus sub-
 jecit, ejusmodi Collectionis non meminit. Illud quoque
 notatione dignum est, in vetustissimo exemplari ejus Col-
 lectionis, quod est in Bibliotheca Ecclesiæ Bellovacensis,
 Isidori nomen non præferri, sed nec in ea insertas esse
 Epistolas, quæ Siricii PP. tempora præcedunt, sed Apo-
 stolorum Canonibus statim subiecti Nicænos Syno-
 dorum quæ extant in Isidori decreto, jam olim non se-
 mel Lutetiæ editi.

Theodorus Thariensis natione, Archiepiscopus Cantua-
 rienis factus ab Vitaliano PP. & in Angliam missus. Be-
 da scripsit Pœnitentiale, Paul. Diac. lib. *hystor. Lang. c.*
 . . . Ivo part. 4. cap. 146. Amalar. lib. 4. cap. 41. quod ci-
 tatur ex concilio Hybernensi in *can. Presbyter. distinct. 82.*
 est ex Theodori, Episcopi Hybernensis, pœnitentia in
 Polycarpo, quod Beda ex Romano veteri auxit.

Isaac, Episcopus Lingonenis, sub Carolo Magno.
 Chrodegandi, Metensis Episcopi, parvum Decretum,
 pro reformatione Cleri, notis scriptum, sub Pipino Rege,
 in Bibliotheca Joannis Tillii in 4.

Algarius, Episcopus Cameracensis, scripsit ad Ebo-
 nem, Archiepiscopum Remorum, libros quatuor Pœni-
 tentiales, secundum Decreta Canonum: meminit Flo-
 doard. in *vita Abonis*, & Sigebert. Gemblac. de *Scriptori-
 bus Ecclesiasticis*, cap. 123.

Florus Magister, sub Carolo Calvo, collegit locos com-
 munes ex Canonibus & scriptis Sanctorum Patrum & Co-
 dicis Theodosiani Breviario de Episcopis & Hæreticis:
 Exemplar est in Bibliotheca Sancti Benigni Divionensis.
 Flori Epistola ad Synodum Carifiacensem, & Theodoni
 Villæ, contra Amalarium Lugdunensem, & uno opere . .
 & ordine.

Extant passim & incerti Collectoris libri tres Pœni-
 tentiales, ex Synodis & Epistolis, Sententiisque Sanctorum
 Patrum.

Herardus Presbyter, postea Turonensis Archiepisco-
 pus, scripsit Collectionem Capitulorum CXLI. ex Syno-
 do anno DCCCLVIII. Ordinationis suæ III. Quæ in Syno-
 do Diocesis suæ legi jussit XVII. Junii, ex Bibliotheca
 Ecclesiæ Andegavenis.

Magentius Rabanus Maurus, Archiepiscopus Mogun-
 tiensis, scripsit Pœnitentialem librum, sub Carolo Calvo,
 ex Canonibus & Epistolis decretisque Pontificum, usus
 non tantum Theodori & Bedæ Romanoque Pœnitentia-
 li, sed & Isidori Mercatoris collectione.

Hincmari Remensis liber de Synodis, qui citatur à
 Francisco Turriano, & Recognitoribus Decreti Romani,
 à Pith. non visus est, & veretur, ne sit caput XXXIII.
 ejusdem Hincmari adversus Hincmarum Laudunensem,
 in quo de Conciliorum Canonibus & Decretis, Epistolis-
 que Pontificum agit.

Rutgerus, Treverensis Episcopus, Rathodi successor,
 circa annum Christi 917. Decretorum librum collegit,
 quem in Synodo à Suffraganeis suis comprobari curavit.
 Trith. in Chron. Hirsaug.

Burchardus, qui & Brocardus, in vet. exempl. Tricass.
 & Carnot. itemque Gratiano *dist. 73. & Pontific.* in Col-
 lect. 1. *Decretal. pag. 62. 66. 69. 79.* ex Monacho Lobien-
 sis Cœnobii, Ordinis Sancti Benedicti, Wormatiæ Wan-
 gionum Episcopus, Walterio, Spirense Episcopo, adju-
 vante & Brunehone, Præposito suggerente, Magistro suo
 Otherto, Abbate doctissimo collaborante, ut Sigebertus
 notat in Chronico ad annum 1008. Collectarium five Cor-
 pus Canonum, vel ut idem Sigebertus lib. de *Scriptorib. Ec-
 clesiasticis* appellat c. 142. Volumen, quod à no-
 mine ipsius Burchardi denominatur, multo studio com-
 posuit: quod testimoniis omnium authenticorum Concilio-
 rum, & Decretis Romanorum Pontificum, & sententiis
 omnium penè Catholicorum Patrum auctorizavit, ex quo
 adhuc omnium Conciliorum Decreta auctorizantur. De
 eo Bruschi. in Catalogo Episcop. Wormat. fol. 110. Obiit
 XIII. Kal. Septemb. anno Domini M. XXV. Ejus etiam
 lex familiæ edita est Colonia cum ipsius Decreto, quæ in
 Paris. deest. Utraque verò excerptio tantum est XII. li-
 brorum, five tomorum Burchardi, in libros tamen divisa
 XX. Surius XVI. tantum habuit, quibus in Conciliorum
 editione utitur sub hoc titulo ex codice XVI. librorum.
 Exemplar vetustissimum Burchardi in Bibliotheca Ecclæ-
 siæ Carnotensis, Tricassinæ, Vesuntinæ, Burdigalensis.
 Anselmus

Anselmus Lucensis, quem Joannes Micrologi scriptor cap. 17. Beatum vocat, vixit sub Gregorio VIII. cujus cooperatorem fuisse dicitur circa annum Christi M. LXXX. Ejus meminit Siebert. c. 162. lib. de Scriptorib. *Ecclesiasticis*. & scripta recenset, inter quæ nulla canonum Collectionis mentio.

Deusdedit Presbyter, S. R. E. Cardinalis titulo Euloxia ab Hildebrando factus, jussu Victoris Papæ III. canonum volumen, ut Platina ait, in ordinem rededit circiter annum M. LXXXVII. Ejus in quibusdam Bibliothecis extant libri quatuor de rebus Ecclesiasticis. Hunc quidam Burchardi breviter dixerunt: male. Vidit Pith. aliquando exemplar hujus Collectionis in Bibliotheca Dominicanorum Valentini. Canarum in libros distinctum, continens multa ex Rom. Ecclesiæ seriniis, quæ Burchardus non viderat.

Ivo ex Præposito Monasterii S. Quintini Belvacensis ab Urbano Papa consecratus Episcopus, circa annum M. XCII. scripsit excerptiones Decretorum; sic enim vocat *Epist.* 49. & 81. quarum præfationem ineptè inter Hildeberti Cenomanensis Epistolam insertam vidit Pith. nec magis aptè inter ipsius Epistolam. Appendix Sieberti Decreta Ivonis appellat. Alii magnum Decretum inseriunt. Credit Pith. ad differentiam ejus, quod Hugonem Catalanum, sive Catalanum sit, brevialle Jacobus Gregomas auctor est circa annum M. c. quod Panormia sive Pannonia titulo pridem editum erat. Magnum illud publicavit Joannes Molinæus Gandavi 1561. in fol. De Ivone Siebertus anno 1114. pag. 180. Vincentius Belvacensis lib. 26. c. 51. Antonius Flor. 2. part. *Chron. tit.* 15. c. 16. Exemplar est in Bibliotheca S. Victoris Paris.

Gregorius Presbyter, Polycarpi Auctor, unde Polycarpus ipse dicitur.

Sicardus Cremonensis.

Gratianus Classensis Etruscus, Monasterii Sanctorum Peroculi & Felicis Bononiæ Monachus, Ordinis S. Benedicti, cujus collectio in vet. Exempl. sic inscribitur: *Concordia discordantium Canonum*. Henricus de Gandavo cap. 49. de *Scriptorib. Ecclesiasticis*. Decreta vocat. Ejus meminit Conradus à Liechth. sub Lothario Saxone. Antonin. *Summ. Theolog. part.* 4. tit. 12. c. 8. & part. 3. *Summ. hist. tit.* 18. c. 66. Joan. Trith. lib. 2. de *Vir. Illustrib. Ordin. Sancti. Benedicti cap.* 113. Aventin. *Annal. Bo.* lib. 6. cap. 624. Vincent. *Belvac. lib.* 23. cap. 31. & lib. 24. cap. 84. Felin. *Sand. in c. ex parte 1. num.* 43. de *rescript.* Gloss. in summ. 13. *distinct.* & in *summa distinct.* 18. Item in *cap. sicut Christus 1. q. 1. Gloss. 2. Hofius Cardinalis lib. 2. de legitimis Judiciis rerum Ecclesiasticarum*. Didacus Covarruvias, Episcopus Segobienensis lib. 4. *variæ. resolut. & alib.*

Huic Gratiani Collectioni, ait Antonius Augustinus Tarracensis Archiepiscopus, Cotta Palea discipulus dicitur aliquot addidisse capita, quibus ipsius Paleæ nomen adscriptum est. Ejus meminit Alexander Imola in *rubric. de Verbor. obligat.* & Jason idem in *Proem. de actionib.* Joan. Andr. in *addit. ad Speculator. tit. de Disputation. & Allegationib. ad finem. Alexandrin. in proem. Decret.* Alii putant Paleæ nomen præpositum antiquioribus Canonibus & Decretis, ut in libris *Βυζαντιν. Παλαιών*, pro veteri Interprete, ut in *cap. 1. de desponsat. impub.* quod est Hormisdæ.

Guido Perpiniannus, Catalanus Carmelita correctorium Decreti lib. 3. sub Joan. XXII. scripsit. Joan. Trithem.

Bernardus Circa, Papiensis Præpositus, dein Episcopus Faventinus, Decretales Epistolam Pontificum Romanorum & Conciliorum capita quadam collegit usque ad annum M. cxc. Hæc est, quæ prima collectio appellatur: in qua sunt quadam ex corpore Canonum in *Novellis VI. cap. 2. tit. de Præbend.*

Gilbertus, Alanus: post hos Joannes Walensis, Vo-

laterranus, qui Gilberto & Alano secundæ compilationis nomen laudemque præripuerunt.

Bernardus Major, Compostellanus Archidiaconus, ex Regestis Innocentii III. cujus Romanam, sic appellat, compilationem Petrus Beneventanus Notarius recognovit circa annum Christi M. CCX.

Innocentius III. ex Concilii Lateranensis, quod & generale Concilium pleniusque absolute dicitur, Decretis & suis rescriptis an. M. CCXV.

Has quatuor collectiones edidit Antonius Augustinus Episcopus Ilerdæ, an. 1576.

Tancredus, Bononiensis Archidiaconus, Honorii III. Novellas sive Extravagantes collegit, quæ & integræ reperiuntur.

Raymundus de Penna Forti, natione Catalanus, Ordine Dominicanus, Gregorii IX. Capellanus, libros quinque Decretalium ab Alexandro III. in quo desierat Gratianus, ex superioribus collectionibus compilavit, servato temporum ordine, qui in antiqua collectione neglectus fuerat: digestusque in ea forma, quæ hodie utimur, circa annum Christi 1230. Sepultus est in conventu Barcinonensi. Vide Albericum de Rosat. in *dict. Electio Imperat. Matth. Paris. in Histor. Angl. fol.* 158. & seq. In eos libros Bernardus de Botono Parmensis, Canonicus Bononiensis, & Decretorum Doctor, Apparatum scripsit; Vincentius Glossas.

In his Decretalibus, quæ citantur ex Regesto Gregorii, non sunt ex illius Magni Epistolis, quæ & hoc nomen præferunt, sed alterius posterioris: nam unusquisque Regesta sua per annos Pontificatus digesta habuit, quæ operæ pretium esset excutere. Est Innocentii III. si bene memini Regestum in Bibliotheca Collegii Fuxensis Tolosæ. Erant & multa Avenioni, jussu Gregorii XIII. translata Romam.

Bonifacius Octavus librum sextum Decretalium circa annum 1299. ex constitutionibus & rescriptis Gregorii IX. & X. Innocentii IV. Alexandri, Urbani, Clementis, Nicolai III. & suis collegit per Ricardum de Malmubris. Albert. de Rosat. *initio Lectorum in primam partem Digestorum*. Publicavit, non per omnia à..... receptus, maxime in iis quæ sunt ipsius Bonifacii, quem sibi parum æquum fuisse ea gens putavit.

Clemens PP. V. Vasco, post Concilium Viennense Kalend. Octobr. ann. M. CCCXI. celebratum constitutionum librum unum colligi fecit, quem Septimum Decretalium dici voluit, ex Bernard. Guidon. eum publicavit XII. Kalend. April. Sancti Benedicti Feste die an. M. CCCXIII. in castro de Montibus non longe à Carpentoracte in Consistorio suo, & cum obiisset XXXI. ejusdem mensis die, à Joanne PP. XXII. postea publicatus est anno M. CCCXIII. mense Novembri Clementinarum titulo: in quas & in Sextum Glossas scripsit Joannes Andreas Bononiensis, discipulus Guidonis de Aborsio Archidiaconi Bononiensis, anno M. CCCXXV.

Extravagantes, quæ extra corpus collectionum canonum & Decretorum quali vagantur, ut Novellæ Imperatorum, *distinct.* 19. c. si Roman. usque ad annum 1. Xisti, id est, M. CCCCLXXVII. à diversis collectæ sunt. Joannis PP. XXII. libris tribus collectæ leguntur cum Apparatu & Glossis D. Jesselini, sive Z. zellini de Cassaliis, Juris Canonici Doctoris, ad Arnaldum tituli Sancti Eustachii Cardinalem Diaconum. In reliquis Glossas scripsit Joannes..... Picardus Cardinalis tituli SS. Marcelli & Petri, qui fortassis & collegit: scripsit & Joannes Franciscus de Pavinis & Guillelmus de Montelauduno.

Collectio diversarum constitutionum & literarum Romanorum Pontificum à Gregorio VII. id est ab anno 1073. usque ad Gregorium XIII. Romæ apud hæreses Antonii Bladii 1583.

Canonum libri à Chilperico Rege ad Episcopos missi meminit Gregorius Turonensis *lib. 5. Histor. Francor. cap. 18.* quem oportuit superasse annum Christi DC.

Gallicani Canones in Epistola Hormisdæ apud Gratianum *distinct. 50. c. si quis 30.* intelliguntur Arausiaci Concilii *can. 33.* sed & Eliberitani *can. 33.* quod Gallicum videtur.

De Libris, qui pœnitentiales dicuntur, vide *cap. 38. Synodi Cabillonens. & cap. 22. Turon. Synodi.*

Pœnitentiale Theodori Græci à Vitaliano PP. in Angliam missi, cum Adriano Abbate, & Cantuariensis Episcopi ordinati.

Bedæ Anglo-Saxonis, qui Venerabilis dictus est.

Magnentii Rabani Mauri.

Romanorum, quod Burchardus collectioni suæ inseruit.

Antonius Augustinus collegit & edidit Venet. *in 4. an. 1584.*

Algarii Cameracensis Episcopi ad Ebonem meminit Sigebert. *de Scriptorib. Ecclesiastic. cap. 123.* & Flodoardus *in histor. Pontific. Roman.*

Gregorii III. PP. nomine editum tom. VI. Biblioth. SS. Patrum *pag. 603.* videtur tamen posterioris Scriptoris.

Eugenii PP. Canones Pœnitentiales in Bibliotheca Joannis Tili M. S. fol. *num. 356.*

Roberti de Sancto Victore, cujus exemplaria sunt in Bibliotheca ejusdem Monasterii Parisiensis, meminit Nicolaus de Cusa, *Epist. 7. ad Bohemos pag. 854.*

Joannes Salisberienfis Britannus *lib. 8. Polycrat. c. 23.*

Alios vidit Pith. Gall. qui libros Legis deputant igni: nec scindere verentur, si in manus eorum Jura pervenerent aut Canones.

Tempore Regis Stephani à regno jussæ sunt exulare leges Romanæ, quas in Britanniam Dominus Venerabilis

Patris Theobaldi Britanniæ Primatis adsciverat. Ne quis etiam libros retineat, edicto Regio prohibitum est, & Vicario nostro indictum silentium. Comment Forescut. *cap. 33.*

. Beccensis Abbatis Matth. Paris. *103. Bedæ lib. 2. Histor. Angl. cap. 5. apud Ivonem part. 4. cap. 175.*

Gratiani Decreto recensendo, anno scilicet 1582. adfuerunt.

Illustrissimus Cardinalis Caraffa.

Franciscus Turrianus, postea Jesuita.

Petrus Diaconus, Presbyter Hispanus.

Flaminus Nobilius, Theologiæ Doctor, cui Annotationum cura mandata est.

Hieronymus Parifetus, Juris Canonici Doctor in Studio Rom.

Lalenzæ Salemius Viterbiensis, annos natus LXXV.

Morinus Gallus.

Septuor Decretalium Compilationi deputati fuerunt à Sixto PP. V. an. 1588.

Dominicus Cardinalis Pinellus.

Hyppolitus Cardinalis Aldobrandinus.

Hieronymus Cardinalis Pinellus.

Lucius Sanus, Episcopus Rupanus.

Seraphinus Olivarius, Rotæ Auditor.

Laurentius Blancherus, Rotæ Auditor, & ejus in Galliam profecti loco Hieronymus Pamphilius Auditor & ipse.

Franciscus Pegna, Rotæ Auditor.

Pompejus Arrestinus, Advocatus Confistorialis.

Julius Cæsar Ottinellus, Secretarius Congregationis.

FINIS TOMI PRIMI.



diverſe Ne
minimū ob
conſe Fore

ſuam ſe
ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

ſuam ſe

specimen of

Colonial Manuscripts

1773

© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale

A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	R	G	B	M	W	G	K										Y	C	B

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue
1	2	3	4	5	6	7	8	9

Centimetres

Inches

